

alio quantumvis magno, & substantiali, excogitato, inexcogitabili, & specificam, atque individuum mentionem requirente, defectu, si ve etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitate, & quavis alia servanda, atque adimplenda, servata, & adimpleta non essent, vel fuerint; aut ex quocumque alio capite a jure, vel factio, aut statuto ac consuetudine aliqua resultante, seu quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris expressa, occasione, aliave quacumque causa, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret; aut propterea quod de voluntate nostra, cæterisque superius expressis nullibi aparet, si ve alias probari non posset; notari, invalidari, retractari, inque jus, vel controversiam vocari, si ve ad terminos juris reduci, vel contra illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu pari concessio; aut impetrato, vel promulgato uti, aut se juvare in iudicio, vel extra posse, atque ipsas præsentibus sub quibuscumque similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos ipsos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, prædictamque Apostolicam Sedem, etiam motu pari, & consistorialiter, ex quibuslibet causis, & sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque clausulis, & decretis, etiam si de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, & data specialis mentio fieret, pro tempore factis, & faciendis, concessis, & concedendis minime comprehendi.

He literæ in pristino suo robore consistant.

§.7. Sed eas tanquam ad majorem Divini cultus amplificationem, & Ecclesiarum tranquillitatem, & pacem a Nobis editas, semper & omnino excipiendas, & quotiescumque emanabant toties in pristinum, & validissimum, atque eum, in quo antea quomodolibet erant, statum, restitutas, repositas, & plenarie integratas esse decernimus; ac denuo etiam sub quacumque posteriori data a Patavienfi Episcopo nunc, & pro tempore existente, & quandocumque eligendo, & concessas esse, & fore. Sicque, & non alias per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegio, honore, & præminentia fulgentes; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, atque auctoritate, in quocumque iudicio, atque instantia judicari, & definiti debere, & quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac etiam in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis, editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Salisburgensis, & Patavienfis Ecclesiarum hujusmodi, etiam

juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eis, & earum cuilibet, necnon illarum, & cuilibet earum Archiepiscopo, & Episcopo, ac Capitulo, & Canonicis, aliisque Superioribus, & personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, atque insolitis clausulis, irritantibusque, ac aliis decretis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodocumque concessis, confirmatis, & innovatis.

Derogatio quibuscumque aliis statutis.

§.8. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu qualibet alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis insertis, servatis, & specificatis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum motu, ac potestatis plenitudine prædictis specialiter expresse, & plenissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio penalis.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, abolitionis, litiis extinctionis, avocationis, silentii, impositionis, restitutionis, integrationis, novæ concessionis, indulti, exemptionis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXXXVIII. Kalendis Junii Pontificatus nostri Anno IV.

CCXXVII.

Damnantur, & prohibentur Folia quædam Gallico idiomate impressa; quorum titulus = Consultation de Messieurs les Avocats du Parlement de Paris au sujet du Jugement rendu a Ambrun contre Monsieur l'Evêque de Senes.

Dat. 9. Junii 1728. An. 5.

Clem. XI. Const. ed. 1713. Sept. 8. P. 13. damnata fuerunt quamplures propositiones ex lib. sub tit. Nouveau Testament. &c., & alia hujus Const. ed. 1728. Jun. 25. P. 5. damnantur duo libri Gallici.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Nuper ad Apostolatus nostri notitiam, non sine maximo animi nostri dolore, pervenit, Laicos quosdam simulantibus loqui pacem, & veritatem cum proximo suo, mala autem in cordibus suis cogitantes, ut incautos in errorem inducant, juxta iter scandalum Fidelibus posuisse, atque ea, quæ

Facti expressio.

fidei certa sunt in controversiam vocare, Ecclesiastica judicium nedom retractare, sed etiam subvertere, & cum Oves sint, Pastores ipsos ducere, & redarguere præsumentes, folia quædam æternæ salutis immemores, evulgasse, typis Gallico idiomate edita absque tempore, ac loco impressionis, & nomine impressoris, quorum titulus = Consultation de Messieurs les Avocats du Parlement de Paris au sujet du Jugement rendu a Ambrun contre Monsieur l'Evêque de Senes.

Damnatio, & prohibitio prædict. foliorum sub pena excommunicationis.

§.2. Hinc est, quod Nos pro commissa Nobis Divinitus Gregis Dominici cura, Animarum periculis, atque detrimentis, quæ ex præfatorum foliorum lectione, & usu provenire possent, Pastoralis vigilantia, ac sollicitudine, quantum in Domino possumus occurrere volentes: de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine folia prædicta, utpote continentia propositiones scandalosæ, temerariæ, seditionosæ, perniciosas, contumeliosas, Apostolicæ Sedis, & Episcoporum auctoritati contrariæ, & injuriosas, atque hæresis faventes, necnon schismaticas respectivè, & hæreticas sub supra expresso, aliove quocumque titulo, & idiomate, seu quavis editione, & versione ubique hætenus typis impressa, ac etiam manu scripta, aut (quod abest) deinceps imprimenda, & describenda, tenore præsentium damnamus, reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, illorumque impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis sub pena excommunicationis per contrafactantes ipso facto, absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo, a quoquam præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, abolitionis beneficium valeat obtinere omnino interdiciamus.

Prohibetur retentio eorundem.

§.3. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque folia hujusmodi penes se habuerint, illa statim, atque præsentibus literæ eis innoverint, Locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis inquisitoribus tradere atque consignare teneantur. Hi vero ea sibi sic tradita illico flammis aboleri curent: In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Decernitur publicatio hactenus literarum.

§.4. Ut autem eadem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quicquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate præfata decernimus, ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curie generalis in Monte Citorio, & in Acie Campifloræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquuntur, & sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent, utque ipsarum præsentium literarum transcriptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum ha-

beat, quæ eisdem præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel offensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IX. Junii MDCCLXXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCXXVIII.

Declaratur eis, qui post vota simplicia, antequam tamen solemnem professionem a Societ. Jesu ab eisdem Præposito Generali dimittuntur, nulla ab eadem Societate deberi alimenta.

Dat. 9. Junii 1728. An. 5.

Clem. XI. Const. ed. 1719. Dec. 1. P. 20. agitatur de transitu Patrum Societatis ad alios Ordines Religiosos.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Injuncti Nobis divinitus Pastoralis Officii ratio postulat, ut in his Apostolicæ nostræ sollicitudinis partes libenter interponamus, per quæ Religiosorum Virorum in vinea Domini excolenda strenue laborantium, propriæque, & alienæ Animarum salutis jugiter incumbendum quieti, atque tranquillitati opportune consulatur.

Exordium.

§.1. Cum itaque sicut accepimus Societatem Jesu multoties ante hac molestari, ac in iudicium trahi contigerit ab eis, qui post exactum probationis biennium, ac vota simplicia in eadem Societate emissâ ante tamen solemnem professionem, per illius Præpositum generalem justis, ac rationabilibus de causis juxta facultates sibi a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris attributas ex ipsa Societate dimittentur, alimenta scilicet, seu congruam sustentationem sibi a dicta Societate deberi, & consequi prætententes, propterea quod, dum in illa degebant, ad Sacros Ordines absque beneficio Ecclesiastico, & Patrimonio, sed religioso paupertatis titulo promoti fuissent; licet autem satis perspectum, exploratumque sit æqui, bonique rationi nusquam consentaneum esse, quod Societas præfata, quæ in illis emandandis jure suo utitur, alimenta, seu sustentationem hujusmodi suppeditandi oneri obnoxia remaneat, minusque, quod ipsi ex sua culpa, quæ dimissioni Causam præbet utilitatem, & commodum reportent, atque ita pluries a congregatione pro tempore existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini interpretum reaccurate discussa decretum ac resolutum fuerit; nihilominus facile evenire possit similes questiones imposterum quoque, non sine prædictæ Societatis perturbatione ac dispendio moveri, seu instaurari, nisi eis aditus precludatur.

Causæ hujus Constitutionis.

§.2. Hinc est quod Nos eandem Societatem Jesu, quam ob singularia suæ in hanc Sanctam Sedem merita, peculiari Apostolicæ dilectionis prosequimur affectu a quacumque lite, & molestia, quæ, exinde deinceps oriri possent eximere, ac omnem desuper controversiæ occasionem submovere cupientes, ipsamque Societatem specialis favore gratiæ prosequi volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ

Declaratio prædicta citata ejusdem Societatis Jesu ante tamen solemnem professionem.

CCXXX.

Dat. 14 Junii 1728. An. 5.

Damnatur, & prohibentur Libri duo Gallico idiomate impressi.

De alia prohibitione quorundam foliorum Gallico etiam idiomate impressum vid. aliam hujus ed. 1728. Jan. 9. P. 5.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sci expostio.

§.1. CUM, sicut accepimus, in lucem prodierint duo Libri Gallico idiomate absque nomine Auctoris, seu Auctorem typis editi, uterque in duos Tomos divisus, unus quidem sub titulo infra scripto videlicet = Dissertation sur la Validité des Ordinations des Anglois, & sur la Succession des Evêques de l'Eglise Anglicane, avec les Preuves justificatives de fait avancées dans cet Ouvrage. Première Partie. A Bruxelles chez Simon T. Serfaveux Libraire, près les RR. PP. Dominicains 1723. =, & altera Pars eodem titulo inscripta = Seconde Partie =, alius vero, cui titulus = Défense de la Dissertation sur la Validité des Ordinations des Anglois contre les différentes Réponses, qui y ont été faites avec les Preuves justificatives des faits avancés dans cet Ouvrage par l'Auteur de la dissertation Tome II. Partie I. &c. à Bruxelles chez Simon T. Serfaveux Libraire près les RR. PP. Dominicains 1724. = & altera Pars hoc itidem postremo titulo inscripta = Tome II. Part. II. =

Damnatio, & prohibitio prædictorum librorum sub pena excommunicationis.

§.2. Nos pro commissa Nobis ab aeterno Patre gregis sui cura, Dominicas Oves, quantum Nobis ex alto conceditur, a noxiis preferre cupientes, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, qui librorum hujusmodi relationem, & censuram audiverunt, remque mature, & diligenter discussissent, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, libros prædictos, & eorum quemlibet, uti continentur propositiones falsas, temerarias, seditiosas, scandalosas, perniciosas, piarum aurium offensivas, Sanctæ Sedis, & Conciliorum auctoritati injurias, & contumeliosas, schismaticas, erroneas, Sacrarum Ordinationum, aliorumque Ecclesiæ Sacramentorum, everivas, & hæreticas respectivo, sub superius expressis, aliisve quibuscumque titulis; ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, & versione hucusque impressos, ac manu descriptos, aut (quod absit) imprimendos, & describendos, tenore præsentium damnamus, reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, illorumque impressionem, descriptionem, lectionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis, sub pena excommunicationis per contrafacientes ipso facto, absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutio-nis beneficium valeat obtinere, omnino interdici-mus.

§.3. Volentes, & Auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque Libros prædictos, vel aliquem illorum penes se habuerint, illos, seu illum statim atque præsentis litteræ eis innotuerint, Locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; Hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Prohibetur recensio eorum.

§.4. Ut autem eadem præsentis litteræ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quicquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate præfata decernimus, ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curie generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exemplaribus affixa relinquantur, & sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde efficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent; Uique ipsarum præsentium litterarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique Locorum habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Decernitur publicatio harum litterarum.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Junii MDCCXXVIII. Pontificatus Nostri Anno V.

CCXXXI.

Applicantur, & uniantur Capitalia quedam Seminario Civitatis Plebis.

Dat. 16 Junii 1728. An. 5.

Alia hujus Const. ed. 1725. Mæj 30. P. 1. statuta fuerunt nonnulla pro augendis redditibus Seminarium Ecclesiasticum Cæsenatensem, & Clem. XII. Const. ed. 1731. Nov. 6. P. 2. Statuuntur nonnulla pro bono regimine quorundam Seminariorum Hispaniarum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

MOTU proprio &c. Inter multiplices Curas, quæ mentem nostram undequaque sollicitant, illi summa ope jam pridem incumbendam Nobis esse statuimus, ut Seminarium, ubi jam reperiuntur erecta, sed congruis redditibus ad Alumnorum, Magistrorumque sustentationem necessariis non sunt sufficienter dotata, de iis opportune provideantur, quo magis Adolescentes Ecclesiasticæ Militiæ addicti ad pietatem, morum candorem, litterarumque scientiam informentur.

Procurium.

§.1. Quapropter auditis sensibus Episcopi Civitatis Plebis, quod ob reddituum Mensæ Episcopalis, cæterorumque, tam dicte Civitatis, quam Diocesis Beneficiorum tenuitatem, subsidiariam responsonem pro illius Seminarium congrua sustentatione, nec Mensæ, nec sibi subiecti Ecclesiarum, & Beneficiorum Titulares, explere valeant, volentes, quantum

Preces Episcopi prædicti Civitatis pro supplicandi Seminario congrua sustentatione.

in Nobis est, tam necessariæ Clericorum institutioni sedulo prospicere, receptam Sacri Concilii dispositionem cap. 18. Sess. 23. de Reformat., & respective cap. Tua nobis de Testament., ducimus esse sequendum.

Recensentur quadam Legata relictæ a qu. Ludovico Manni Communitati præfate Civitatis variis pijs operibus applicanda.

§.2. Expofuit siquidem idem Episcopus ex parte sui Seminarium in supplici libello Nobis porrecto, quondam Ludovicum Manni de dicte Civitate inter vivos donasse illi Communitati scuta 2100. ad effectum illa reinvestiendi in tot Censibus annui redditus scutorum 150., quorum 100. essent applicanda pro alendis binis Juvenibus de eadem Civitate oriundis in certis pro eorum libito Civitatibus, Legalibus, vel Theologicis disciplinis operam dantibus; Reliqui vero scuta 50. pro dotatione Puellarum, quodque priores dictorum Capitalium fructus in summa scutorum 300. investirentur in similibus Censibus annui redditus scutorum 22.50. quolibet anno impenden. in tribus diversis Anniverfariis pro eisdem Donatoris suffragio, & statuta largitione pro Magistratu; Et similitur eundem Ludovicum Manni donasse alia scuta mille pariformiter investiri in tot Censibus, ex quorum fructibus constitueretur aliud Capitale in summa scutorum 300., ita ut efformaretur Patrimonium scutorum 1300., & ex istius redditibus subministrarentur duobus Capellanis scuta 40. pro quolibet, quodque reliqui fructus remaneret beneficio primæ donationis, onere in juncto eisdem Capellanis nonnullas Missas celebrandi, fructusque enuciatorum Capitalium exigendi, exactosque consignandi Depositario, ad hoc specialiter deputato, lege Depositario præscripta de non solvendo sisdem stipendium, sive elemosynam, nisi ad rationem exacti, & non alter.

§.3. Cumque ex dictorum Capellanorum, Depositarii que redditione rationis novissime a Congregatione Concilii eidem Episcopo demandata compertum sit, pijs hujusmodi dispositionibus fuisse hucusque subverfas, non adimpletas, & fere ab initio pia opera male fuisse administrata; Hinc est quod procliviores facti sumus ad applicandum, unendum, & incorporandum favore prædicti Seminarium pleno dominio, & possessione omnes, & singulos Censuum, & Capitalium quæcumque utriusque donationis una cum fructibus prædictorum Censuum, & redditibus Capitalium, tam exactis, quam in posterum contra quoslibet Debitores exigen. Transfere-rentes omnia jura, & actiones, quavis causa, & titulo contra quoscumque quomodolibet competens, prout ex nostre Potestatis plenitudine, parique Motu applicamus, unimus, incorporamus, & assignamus eidem Seminario pro re-cto, felicique ejusdem regimine sub onere alendi, & educandi, nedum binos Juvenes a Donatore volitos, atque prelatos, verum etiam alios duos, tresve Juvenes nominan. a generali, & publico Consilio Civitatis antedictæ cum approbatione Episcopi pro tempore; Onere quoque adjecto dicte Seminario exolvendi quolibet anno scuta 50 Puellis pro earum subsidio dotali, pariter ab ipso Fundatore contemplat. nominan. a dicte generali Consilio, Episcopo tamen approbante Superaddito subsidio dotali annuorum scutorum 25. pro alia Puella per Episcopum præfatum; Si vero contingat, favente Deo, quod istud Patrimonium adaugeatur prævia recupera-

tionem aliorum Capitalium, & fructuum ex incuria, malaque administratione in præsentiarum deperdit., & de pecuniis existentibus in manibus Depositarii, teneatur idem Seminarium constituere multiplicum usque ad productionem fructuum sufficientium pro assignanda mercede alicui utriusque Juris Professoris, qui (si Episcopo videbitur expedire) simili studio incumbere volentes in Civitate edoceat. Item Seminarium prædictum ex omnibus prænunciatis proventibus, fructibus, atque redditibus curet, ut legata a dicte Donatore præfinita omnino impleantur; ac satisfiat, elemosynas pro Anniverfariis ab eodem taxatas persolvat, una cum solita muneris largitione desuper Magistratui juxta volitum a Fundatore subministrans.

Deputatur prædictus Episcopus Executor hujusmodi litterarum.

§.4. Quo circa dicte Civitatis Episcopo nunc, & pro tempore existent. per hæc Apostolica scripta committimus, quatenus universa, & singula contenta in hoc nostro Motu proprio executioni mandet, & pro hujusmodi effectu jure delegato facultatem, & Jurisdictionem eidem impertimur procedendi contra contumaces, & inobedientes, omnesque Administratores quoscumque. Derogantes cuivis substitutioni, fideicommissis, supradictæ, administrationi, devolutioni, cæterisque, tam in dictis donationibus, quam in alia quacumque ejusdem Donatoris voluntate dispositis, atque comprehensis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis; Voluntatem dicte Donatoris in iis, quæ huic unioni, & incorporationi adversantur, commutantes; Non obstantibus regulis de Jure quæsito non tollendo, consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Inhibito prioribus administrationibus.

§.5. Inhibentes præfatis Capellanis, Depositario, cæterisque Administratoribus, & quomodolibet interesse habent., ne de cætero unquam in præmissorum administratione, quavis causa, titulo, ingenio, prætextu, sive quæsito colore, sese ingerere, dictumque Seminarium directe, vel indirecte molestante, vexare, perturbare, & impedire audeant, sive præsumant.

Clausula.

§.6. Decernentes omnia, & singula præmissa executæ, & quæcumque exequenda valida, & efficacia fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & in violabiliter ab omnibus observari debere. Sicque, prævia avocatione Cause, & Causarum hujusmodi a quacumque Congregatione, & Tribunali per quoscumque Judices, & præfata Congregationem Concilii, sublata eis quavis aliter judicandi facultate, & auctoritate judicari, & desiniri debere. Decernentes, unionem, incorporationem, applicationes, Indultum, inhibitionem, ac præceptum prædicta præsentis litteræ, nullo unquam tempore, etiam ex quacumque, & inexcogitata causa, etiam sub prætextu, quod in forma Juris facta non fuerint, revocari, alterari, limitari, modificari, aut ad terminos Juris reduci, vel quempiam adversum illa in integrum restitui, seu de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quovis defectu notari, vel impugnari posse. Volentes insuper, quod præfatus Motus proprius, licet non admiffus, nec registratus in Camera, vigore Bullæ

O o Pii

potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo va- litura constitutione statuimus, ac declaramus memoratam Societatem Jesu non teneri, nec ob- ligatam esse ad ullam subministracionem, sive congruam sustentationis, sive alimentorum, sive alio quocumque titulo, & causa illis faciendam, qui post biennium probationis, & emissionis vo- torum simplicium, extra dictam Societatem a suis Superioribus ejiciuntur, tamen dum in ea permanebant, ad sacros etiam Presbyteratus Ordines, sine beneficio Ecclesiastico, ac Patri- monio, & ad titulum religiose paupertatis pro- moti fuerint.

Clausula:

S.3. Sicque, & non aliter in praemis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, & Apostolice Sedis Nuncios sublati cis, & eorum cuilibet quavis aliter ju- dicandi, & interpretandi facultate, & auctori- tate judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quavis au- thoritate scienter vel ignoranter contigerit at- tentari decernimus. Non obstantibus Apostoli- cis, ac in Universalibus Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel spe- cialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon quatenus opus sit, praedictae Societatis, illiusque Collegiorum, & Domorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quo- que, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confir- matis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin- gulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore per- mansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transum- ptis

S.4. Volumus autem, ut praesentium litem- rarum transumptis, seu exemplis, etiam impres- sis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictae Societatis subscriptis, & sigillo Prae- positi generalis ejusdem Societatis, seu alterius personae in Ecclesiastica dignitate constitutae mu- nitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhibe- retur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XII. Junii MDCCXXXVIII. Ponti- ficatus Nostri Anno Quinto.

CCXXIX.

Die 22 Junii 1728, An. 5.

Confirmantur Decreta Capituli Generalis Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, quo re- sponsum est Laicos, seu Conversos, Donatos nuncupatos ejusdem Ordinis, teneri una cum Religiosis Choristis ad omnia humilitatis officia. Cum Declaratione.

Hac de re vide etiam Clem. XII. Const. ed. 1731. Mart. 8, P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

S.1. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius modernus Praepositus Generalis Congregationis Italiae Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo, quod Laici, seu Conversi communiter Donati nuncupati dictae Congregationis, cibos Men- se imponere, & promiscue una cum Religiosis Choristis ad omnia alia humilitatis Officia Do- mus Regularis operam conferre sese minime te- neri praetendentes, litem coram Congregatio- ne Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & constitutionibus Epi- scoporum, & Regularium praeposita intendant, & in ea iterato causa praeposita, emanavit re- solutio, ut votum Capituli Generalis, juxta instructiones, exquireretur, & interim dictos Donatos teneri ad arbitrium Superioris, lectis- que proinde, & per Capitulares instructionibus hujusmodi auditis, ipsi Decretum ediderunt, tenoris, qui sequitur, videlicet: Ex actis Ca- pituli nostri generalis celebrati in Conventu nostro S. Caroli Mediolani die 16. Aprilis 1728. Sessione 15. matutina die 23. Aprilis. Cum de mandato Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium teneatur Capitulum generale dare suum votum in causa Fratrum Donatorum. Propositum fuit RR. PP. Capitularibus in Capitulo generali Congrega- tis, an ex vi nostrarum legum censent teneri Fra- tres Donatos exercere officia humilitatis, Terforis scutellarum, & Servitoris prima Mensa, sicuti exercent ceteri Religiosi Chorista etiam Sacerdotes. Responsum fuit = Affirmative per secreta suffragia cum 50. ex 57. votis = Philippus a Sancto Nicolao Praepositus Generalis. Fr. Philippus a Sancta Te- resa Capituli Secretarius.

A Donato praedictis litem intencata est coram Congregatione Episc. & Reg.

A qua emanavit resolutio, ut votum Capituli Generalis exquireretur.

A qua responsum fuit affirmative per praesens Dec.

S.2. Cum autem, sicut eadem expositio sub- iungebat, dictus Praepositus Generalis praemissa, quo firmiter subsistant, Apostolice confirmatio- nis Nostrae patrocinio communiti, & perpetuum eidem Donatis silentium imponi, ac scandalo- sam hujusmodi litem suam summopere desideret. Nos eandem litem penitus, & omnino tollere, ipsumque Praepositum Generalem specialibus fa- voribus, & gratis protegi volentes, & a qui- busvis excommunicationis, suspensionis, & in- terdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen- suris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo- libet innotatus existit, ab effectu praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolven- tes, & absolutum fore censentes, supplicatio- nibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis: Decretum praesentem a memorato Capitulo generali factum, ut praefertur, auctoritate Apostolica tenore praesen- tium confirmamus, & approbamus, illique in- violabilis Apostolice firmitatis robur adicimus, ac perpetuum praedictis Donatis super praemis- silentium imponimus, ipsosque Donatos non esse amplius audiendos harum serie eadem aucto- ritate decernimus, & declaramus.

Confirmatio relata Decreti.

S.3. Decernentes pariter ipsas praesentes litem- teras semper firmas, validas, & efficaces exitte- re, & fore, suosque plenarios, & integros ef- fectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos

Clausula pe- culiata.

spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, & illis respective fulcrari: sicque in praemis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irri- tum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con- tingerit attentari.

S.4. Non obstantibus praemis, ac Consti- tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec- non, quatenus opus sit, Congregationis, & Ordinis praedictorum etiam juramento, confir- matione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privile- giis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omni- bus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Pisca- toris die XXII. Junii MDCCXXXVIII. Pontif- icatus Nostri Anno Quinto.

Quibus ita- peractis a Do- natis etiam est adversa pars pro aperitione oris.

S.5. Fidem facio pro praesentes ego Cau- sarum Curiae Camerae Apostolicae, ac Illustrissimi, & Reverendissimi D. Auditoris Sanctissimi No- tarii publici infrascriptus, qualiter unus Cur- sor retuli in scriptis se die 19. Julii 1728. pro parte, & ad instantiam Fratrum Converterum, seu Donatorum Provinciae Venetae Principa- lium, sive &c. coram eodem Illustrissimo, & Reverendissimo D. Auditore Sanctissimi per acta mei &c. citasse D. Gulielmum Ricca exadverso Procuratorem as. Reverendissimi P. Praepositi Generalis, ac RR. PP. Choristarum Carmelita- rum Discalceatorum Provinciae Venetae exad- verso Principalium ad dicendum contra Memo- riale cum rescripto Sanctissimi, & videndum praevia oris aperitione adversus Breve Apostoli- cum exadverso, ut asseritur, impetratum die 22. Junii proximi praeteriti, seu &c. remitti causam super abstensione scutellarum, servitio Mensae, aliisque actibus humilitatis remitti ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium, coram qua eadem causa pendet indeci- sa, & interim viden. sibi inhiberi, ne sub poenis attentatorum, excommunicationis, aliisque arbitrio &c. audeat, seu praesumat quidquam attentare, seu innovare, aut attentare, vel innovari facere, quatenus opus sit, capi quam- cumque provisionem Illustrissimo, & Reverendissimo D. beneficium, & decretum quodcum- que desuper necessarium, & opportunum fieri, ac interponi ad p.d. Die 21. Julii 1728. Relatione facta comparuit D. Liborius de Petrantonis Procurator petiit, ut supra. Ex tunc Illustris- simus D. habuit terminum preservato, Procu- ratore ex adverso praesente &c., & latius prout in eisdem actis mei &c. ad quae &c. In fidem &c. Datum Romae hac die 13. Septembris 1735. Ita est Salvator Paparozzius A. C. Nota- rius.

Tenor memo- rialis por- recti pro parte Donatorum Sanctissimi D.N.

Intus = Beatissimo Padre. S.6. Si degno la S. V. ad istanza del P. Genera- le de' Carmelitani Scalzi della Congregazione d'Ita- lia di confermare con suo Breve sotto li 22. Giugno 1728. il Vojo fatto dal Capitolo Generale celebrato in

Milano nel prossimo passato Aprile, in cui si decretò che li Conversi di d. Religione Oratori umilissimi della S. V. siano obligati a fare gl' officj ebdomadarj di servire alla mensa, lavar piatti, ed altri officj d'umil- tà sin ad ora eseguiti da' soli Coristi, imponendo an- che perpetuo silenzio agli Oratori. E benchè pareste a questi di restar pregiudicati da d. Breve, e di pote- re sperimentare le loro ragioni in Congregazione de' Vescovi, e Regolari, avanti la quale pende ancor a il ricorso fattovi per questa Causa de' Conversi della Provincia di Venezia. Contuttociò in venerazione de' Santissimi ordini della S. V. sono disposti a soccom- bere a qualsivoglia gravame, tuttoche da essi non pro- fessato, che sia per imporsi loro della S. V.

Ma perchè il calore dell' impegno potrebbe tras- portare il moderno P. Generale, ed altri suoi par- ziali a pretendere in vigore di d. Breve d'obligare all' esecuzione de' predetti officj ebdomadarj anche quelli dell' Oratori, quali esercitano nella Religione officj fissi. E per altra parte non è stata mai mossa della S. V. (quale ha la piena comprensione delle materie claustrali) d'obligare a doppio gravame gli Oratori; Quelli sulla fiducia della paterna clemenza della S. V. ad effetto di scivare le liti fra Religiosi, unitamente la supplicano a voler ordinare, che si dichiarò, che l'accennato Breve non comprende quelli dell' Oratori, a quali sarà nella Religione assegnato uno de' seguen- ti officj, cioè di Vestiario, altrimenti detto Robbie- ro, di Canovaro, di Sponditore, di Ministro del Refestorio, d'Ortolano, o sia Sovrintendente di Cam- pagna, e di Cercante d'elemosine, di Speciale, o sia Infermiere, di Cuoco, di Sottosagrestano, e Por- tinaro. Che della grazia &c.

Foris = Alla Santità di Nostro Signore Papa Benedetto XIII.

Per Li Conversi Carmelitani Scalzi della Congregazione d'Italia, detti, Donati.

DECLARATIO BREVIS.

Die 3. Septembris 1728. Ex Audientia Sanctiss. S.7. Facta per me relatione, Sanctitas Sua declaravit, Breve concessum, & expeditum die 22. Junii 1728. confirmatorium Voti editi per Capitulum Generale celebratum Mediolani die 16. praecedentis mensis Aprilis super obligatione Fratrum Donatorum Oratorum ad exercenda officia Terforis scutellarum, & Servitoris prima Mensae non comprehendere Fratres Dona- tos exercentes officia, nimirum, Quae foris elemosynarum, Coqui, Vestiarii, Sacristae, Janitoris, Hortulani, Emptoris, Ministri Cel- lae Vinariae, Infirmarii, Ministri Refectorii, & similia, eisdemque propterea Officiales non teneri, nec obligatos esse ad exercenda munera praedicta, Terforis scutellarum, & Servitoris prima Mensae, non obstante quacumque con- traria dispositione Constitutionum Ordinis, Voti, & Brevis praedicti, quibus omnibus, qua- tenus opus sit, Sanctitas Sua in hac parte, & ad praemissum effectum dumtaxat, expresse, & plenissime derogavit.

Tenor Decla- rationis.

I. Archiepisc. Episcopus Imolen. Auditor.

Loco \* Sigilli.

Dam-

Pii IV. nostri Prædecessoris de Registrandis, valeat, & habeat suum plenarium effectum, & executionem in vim nostre simplicis Signaturæ, & non obstantibus quibuscumque aliis in contrarium facientibus. Quibus omnibus, & singulis pro expressis habentes, & de verbo ad verbum infertis pro hac vice dumtaxat, & pro hujusmodi effectu specialiter derogamus. Pro plene &c.

Datum Romæ apud S. Petrum sexto Kalendas Julii MDCCXXVIII.

Placeat Motu proprio V. M.

CCXXXII.

Statuuntur, & Declarantur nonnulla pro unanimi concordia servanda inter familias Tertiariorum Ordinis Minorum.

Alia hujus Const. ed. 1724. Nov. 16. P. 1. Statuta fuerunt nonnulla pro restituenda, & conservanda regulari disciplina in Ordine Fratrum Minorum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilectis Filiis Ministro Generali Totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, necnon Generali Ministro Fratrum Conventualium ejusdem Ordinis.

Exordium & exhortatio Fratris Minoris ad vendam concordiam.

Dilecti Filii salutem &c. Qui pacem loquitur in plebem suam, & super Sanctos suos, certam illam avertendæ contentions vim, rationemque discipulis designavit, monitis, exemplisque suis eosdem adhortatus, ut qui major esset inter ipsos, fieret sicut minor; ac proinde esse contenderent, non præminentia, & primatu, sed ministrandi, ac subjacendi humilitate præcessores. Hæc autem documenta Beatus Franciscus Seraphici vestri Ordinis Conditor, & ipse mirabiliter arripuit, & expressit, & custodiendæ pacis firmamentum esse voluit alomnis suis, qui modesta ipsa Fratrum Minorum appellatione evangelicam illam cælestis Magistri normam præferentes, sinceræ charitatis veræque Fratritatis disciplinam, & cultum per totam Christi Ecclesiam latissime propagarunt. Nos igitur, quemadmodum uberes ex religiosissima institutione dominici agri proventus largitori Deo reique Catholicæ gratulamur; ita omnem dare operam debemus, ne dissidia, & lites de loco, & dignitate bonam frugem suffocare possint, fraternamque concordiam discindere, aut perturbare.

Causa præsentis Constitutionis, controversia non potest inter varias Tertiariorum familias.

§.1. Porro cum tres Constitutiones ediderimus pro institutione, ac regimine Tertiariorum ejusdem Seraphici Ordinis in propriis Domibus viventium, primam die 10. Decembris 1725. pro Fratribus Minoribus Regularis Observantiæ, quæ incipit; Paterna Sedis Apostolicæ providentia, alteram die 24. Maji 1726. pro Fratribus Minoribus, qui Capuccini appellantur, quæ incipit: Ratio Apostolici ministerii; tertiam denique die 5. Julii ejusdem anni pro Fratribus Minoribus Conventualibus, quæ incipit: Singularis devotio; non sine ingenti animi molestia rescivimus, controversias inter antedictas laudati

Ordinis familias invaluisse de primatu, & antiquitate alterius præ altera, de multiplice erectione Congregationum Tertii Ordinis, deque transitu Tertiariorum unius Congregationis ad aliam, quæ cum religiosa disciplina detrimento, scandala etiam in populis serere possint, & B. Patris Francisci in discipulis ejus extinguere.

§.2. Dissensionibus igitur, ac jurgis aditum obstruere, & necessariam regulari disciplina pacem, & tranquillitatem fovere, aut restituere cupientes; Motu proprio ex certa scientia, non ad oblatæ cujusquam petitionis instantiam, in primis omnes, & singulas de memoratis causis lites, & controversias, utcumque, & in quacunque instantia super his ortas, agitatas, & actu pendentes, coram quibuscunque Judicibus, ac Tribunalibus, etiam speciali mentione dignis, quorum nomina pro expressis haberi volumus, ad Nos avocantes, perpetuo silentio imposito extinguimus, & abolemus.

§.3. Præterea quascunque Indulgentias, Indulta, Privilegia, prærogativas, favores, exemptiones, libertates, extensiones, & concessiones tam in genere, quam in specie in memorata Constitutione, quæ incipit: Paterna, Tertiariis Fratrum Minorum de Observantia tributis, & per alias superius indicatas ad Tertiarios Fratrum Minorum Conventualium, & Capuccinorum, eorumque Superiores extensas, & ampliatas, tenore presentium confirmamus, & approbamus, & quatenus opus sit, ipsis Fratribus Conventualibus, & Capuccinis, eorumque Tertiariis, in iis tamen, quæ præfate nostre Constitutionis pro Observantium Tertiariis editæ non adversantur, & non alias, de novo concedimus; mandantes potissimum, ut quæ in ipsa circa erectionem unius dumtaxat Congregationis Tertiariorum pro unaquaque Civitate, aut Loco, deque eorum transitu præscripta, & facta sunt, aliis posterioribus nostris non obstantibus, inviolabiliter observentur.

§.4. Quoniam autem a mente nostra, & a proposito memoratæ Constitutionis, quæ incipit Singularis devotio, profusus alienum erat, ut Fratribus Minoribus Regularis Observantiæ quidquam sui juris, aut possessionis erga Conventuales detraheremus, aut ipsis Fratribus Conventualibus majorem antiquitatem, aut aliam quamcunque prærogativam præ Observantibus concederemus, motu pari, & scientia similibus decernimus & declaramus, verba, & enunciationes, quæ antiquitatem, & prærogativas ejusmodi respiciunt, nullius roboris, atque eo profusus modo, ac si appolita non essent, de cætero habenda fore, & esse; immo pro totius præfati Ordinis tranquillitate, & pace perpetuum silentium super hujusmodi controversia imponimus, & pro imposito haberi volumus, & mandamus.

§.5. Ne quis denique Basilicam Beati Francisci Civitatis Assisensis, ubi Sacrum ejus Corpus requiescit, a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris variis privilegiis auctam, ita supra cæteras ejusdem Ordinis Ecclesias verbis aut scriptis extollat & eferat, ut debitus honor ac reverentia denegetur Basilicæ Beate Mariæ de Portuicula extra muros ejusdem Urbis, in qua constat Seraphicum Patrem institutum suum inchoasse; præcipimus, & mandamus, ut

Abolentur controversie omnes prædictæ.

Communicantur privilegia & Indulgentiæ unius Familiiæ alteriusque Familiiæ Tertiariorum.

Declaratur verba de antiquitate, alique prærogative controversiæ in Constitutionibus a Sanctitate Sua emanatis, nullius roboris esse; & huic controversiæ silentium imponitur.

Præcipitur ut Basilicæ Civitatis Assisensis; & B. M. de Portuicula eque Ordinis Matrices egnotantur.

utambæ Basilicæ, diversis licet rationibus, Beate Mariæ quidem propter Ordinis primordia, Assisensis vero propter Sacrum Corpus Sanctissimi Institutoris, tanquam Ordinis Matrices ab omnibus Fratribus Minoribus agnoscantur, & observentur, prout Romani Pontifices Prædecessores nostri asservarunt, & concesserunt.

Clausula.

§.6. Quascunque autem juris, verborumque solemnitates nostra auctoritate suppletas, & quibusvis in contrarium facientibus amplissime derogantes; quæ vero exprimens essent pro expressis habentes; fore confidimus, ut familiis vestris per hoc providentiæ nostre judicium pristinam, vestroque nomine dignam concordiam partam esse gaudeamus. Vestrum autem erit, ut pari vigilantia, studioque curis nostris obsequentes, indecoram importunamque altercationum, libellorumque licentiam, in eorum auctores districte animadvertentes, sedulo inhibeatis. Ac Vobis, Dilecti Filii, paternæ voluntatis pignus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXI. Julii MDCCXXVIII., Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCXXXIII.

Dat. 10. Aug. 1728. Ann. 5.

Decernitur ratio, & præscribitur ordo pertractandi, & definiendi causas Ecclesiasticas in Regno Siciliae ultra Pharus.

Hæc jurisdictio ab Urbano II. ad suam vergente XI. Ecclesia Saculo Rogerio Comiti ejusque successoribus in Regno Siciliae concessa, pertractandi nimirum, & definiendi causas Ecclesiasticas, Clem. XI. propter abusus qui irrepserant extincta, & abolita fuit Const. ed. 1714., & 1715., verum hic quibusdam moderationibus confirmatur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Procomium.

Fideli ac prudenti dispensatori, quem in summo Apostolatus apice constituit Dominus super familiam suam, maxime convenit, tradita sibi cælitus uti potestate, ut, si quæ sint inter pontificalem auctoritatem, & regiam potestatem contentiones, quantum fieri potest, amoveantur, utque nedium fidelium populorum pericula arceantur, sed etiam incommoda leniantur, prout locorum, & temporum ratione habita, magis in Domino videbitur expedire.

Causa hujus Constitutionis promulganda.

§.1. Cum itaque felicis recordationis Clemens Papa XI. prædecessor noster Apostolicam Regni Siciliae ultra Pharus Legationem, ac Monarchiam, nuncupatam, & jusque tribunal extinxerit, ac suppresserit, & aboleverit, si quæ essent privilegia, & indulta a quibuscunque Romanis Pontificibus Prædecessoribus quomodolibet concessa revocaverit, & abrogaverit, & certum interim modum præscriperit, quo causæ, ad forum Ecclesiasticum pertinentes cognosci, & in eodem Regno sine debito terminari possent, quemadmodum in ejus Aposto-

licis literis, expeditis anno millesimo septingentesimo decimo quarto, & millesimo septingentesimo decimo quinto, plenius continetur. Cumque charissimus in Christo filius noster Carolus VI. in Romanorum Imperatorem electus, Sicilia ultra Pharus Rex, exponi nobis nuper fecerit, jura Apostolicæ legationis in eodem Regno, sibi, ejusdem hæredi legitimo, & possessori, ex privilegio signanter Urbani Pape II. Prædecessoris nostri, competere; quæ quidem jura jam olim Rogerio Comiti e Normannorum gente ejusque successoribus ob eliminatam Saracenorum tyrannidem, catholicam fidem restitutam, Ecclesiasticæ Patriarchatui Constantinopolitano tunc temporis adherentes, Romanæ Sedi iterum subjectas, concessa, antea totum sex seculorum decursu usque ad Caroli II. obitum, in suo robore atque usu permanferunt; hinc nos, & si compertum habeamus, hujusmodi rationibus eundem Prædecessorem nostrum, præsertim propter abusus, quos irrepisse constabat, minime acquiescere; nosque ipsi, dum Cardinalatus honore fungebamur, eidem Constitutioni reverenter subscriperimus, omniumque circumstantiarum opportune reminiscamur; attamen cum graves inde exortæ fuerint contentiones atque mala non sine animarum pernicie, publicæque tranquillitatis detrimento, serio propterea considerantes, quantum pastoralis sollicitudinis interit, causas etiam talium contentionum avertere ac profusus eliminare, ita ut, abusus e medio sublatis, jus ex æquo universis reddatur, ex voto Congregationis venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, pro hujus negotii examine specialiter deputatæ, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione, nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, finem huic operoso gravillimoque negotio imponentes, nostra hac perpetuo valitura constitutione, vim, & effectum concordie habente, hæc, quæ sequuntur, decernimus, & sancimus, ac inviolabiliter ab his, ad quos spectat, & in futurum spectabit, observari mandamus.

§.2. Causæ omnes, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, iis exceptis, quæ vere Majores sunt, quæque juxta canonicas sanctiones apud Apostolicam Sedem tractari, & a Romano Pontifice, vel a Judicibus, quos ipse specialiter deputaverit, cognosci debent, non alibi, quam in ipso Siciliae ultra Pharus Regno cognoscantur, & sine debito, quem justitia postulaverit, terminentur, ita videlicet, ut non exemptorum causæ in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, nec ab eorum curiis avocentur, nisi per viam legitimæ appellationis a sententia definitiva, aut ab interlocutoria, vim definitivæ habente, vel ab actu, cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat, vel præjudiciale sit invertendo justum juris & judiciorum ordinem, aut nisi integro biennio, a die motæ litis computando, coram ipsis Ordinariis remanserint indecise, quemadmodum a Concilio Tridentino in cap. 20. Causa omnes, sessione 24. de Reformatione, decretum est. Siquæ secus fiat, quæcumque appellatio, inhibito, aut sententia, eo ipso nulla, & irrita sit, juxta ejusdem Concilii præscriptum. Respectu vero exemptorum

Ordo cognoscendi causas Ecclesiasticas in Sicilia post Majores que apud unam Apostolicam Sedem cognosci debent.

ab Ordinariis, iudex ecclesiasticus, a Rege illius Regni, ut infra dicendum, nominatus, & delegatus, & pro tempore, ejus arbitrio nominandus, & delegandus, tanquam ordinarius, de causis civilibus, & criminalibus illorum, ut postea dicitur, cognoscat, ne aliter hujusmodi persona, & jura sine providentia remaneant. A sententia Ordinarii ad Metropolitanum appelleretur, servata itidem in omnibus forma, in antedicti Concilii decretis constituta.

Qui iudex causas appellationum a sententia Metropolitanis cognoscere debet.

§.3. Postquam vero Metropolitanus in causa pronunciaverit, vel in secunda instantia, quoad sententias suorum suffraganeorum, vel in prima, quoad causas propriæ Diocesis, possint partes, vel earum altera, provocare ad eum virum, in jure Canonico Doctorem seu Licentiatum, nobilium Universitatum more, diligenti examine præcedente, promotum, & in Ecclesiastica dignitate constitutum, a charissimo Filio nostro Carolo VI. in Romanorum Imperatorem electo, & Sicilia Rege, ejusque in Regno Siciliae ultra Pharus successoribus, aut de eorumdem mandato, ex concessione Sedis Apostolicæ deputatum, & delegatum, & in posterum ab ipso, ejusque in eodem Regno successoribus, aut de eorumdem mandato deputandum, & delegandum: quem eo ipso delegatum auctoritate Sedis Apostolicæ constitutum, & pro tempore constituendum, recognoscimus, & firmamus, ut causas Ecclesiasticas antedictarum appellationum in prædicto Regno Siciliae ultra Pharus cognoscere, aliisque inferius exprimentia peragere possit, servatis tamen præmissis, aliisque inferius explicandis, itaut quicquid aliter sive scienter, sive ignoranter fieri contigerit, ipso jure nullum irritumque sit.

Remedia pro his, qui se a sententia ejusdem primis iudicis appellationum gravati sentiant.

§.4. Si vero antedictus iudex gravamen inferat, vel quomodocumque partes, sive earum altera, gravatas ab ejusdem sententia seu Decreto sese senserint, tunc, ut appellationis atque extreme provocationis remedio, omnibusque legum atque Canoniarum sanctionum auxiliis Christiani fideles prædicti Siciliae Regni uti, & frui possint, eademque remedia, juris ordine servato, sicut oportet, experiri, idem charissimus in Christo Filius Siciliae Rex, ejusque successores in perpetuum, vel aliter de ejusdem, aut de ipsius successorum mandato, sedulo providendum, ut apertum, atque patens in omni tempore tribunal, seu curia: in qua tamen vir, etiam in dignitate Ecclesiastica constitutus, atque, ut supra, in utroque jure licentiatum seu doctorem, deputatus, & delegatus cum tribus aliis assessoribus, in utroque jure versatis, eodem pariter modo, uti supra, deputandis, & nominandis, jus reddat, atque primum diligenter expendat, an appellatio rejici, vel admitti debeat, & quibus clausulis causa committenda sit. Quoties vero causa fuerit visa digna ulteriori cognitione, eam primo cognoscat, & judicet idem modo dictus iudex, a quo ulteriori cognitione digna decreta est, adhibito eorumdem assessorum consilio. Quod si post hæc res adhuc ulteriori discussione opus habeat, nec his finita sit, eadem coram altero idoneo Ecclesiastico iudice, ut supra, cum assessoribus vel consiliariis nominando, discutatur, & ita deinceps, ita tamen, ut causa in quacumque instantia coram iudice Ecclesiastico semper pertractetur, & in omnibus, juris ordine servato, terminetur.

§.5. Appellantes in una causa, omnino subiecti remaneant, quoad alias causas, jurisdictioni suorum Ordinariorum, a qua eximi nec a Metropolitanis, nec a delegato possint, nisi in casibus a jure Canonico præscriptis.

Appellantes in una tantum causa in reliquis appellare non censentur.

§.6. In causis, in quibus conservatores Regularium decretum vel sententiam tulerint: qui se ab illis gravatum existimaverint recursum similiter habere poterit ad antedictum Delegatum: qui quidem, si, inspectis utriusque partis iuris, appellationem duxerit admittendum, ipse in talis cause cognitione, prout juris fuerit, procedet: sique partes, vel earum altera, de gravamine ab ejus iudicatu, sibi illato, conquereretur, id servetur, quod supra de appellationibus a decreto vel sententia iudicis delegati statutum est. Ceterum prædicti conservatores in violatæ servare debeant præscripta in constitutionibus felicis recordationis Innocentii PP. IV. Alexandri IV. Bonifacii VIII. Gregorii XV. aliorumque nostrorum Prædecessorum, necnon in Concilii Tridentini decretis sub penis ibidem contentis.

De Cause Regularium.

§.7. Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, realiter exhibenda, prius constituta, appellationem a sententia definitiva, vel habente vim definitivam, aut a gravamine, quod per definitivam sententiam reparari non possit, vel quod præjudiciale sit in casibus, a jure non prohibitis, per legitimam personam, & intra statuta tempora, fuisse interpositam aut prosecutam; nec præterquam in casibus, a jure permittis, dum causa coram inferioribus iudicibus pendet, ante definitivam sententiam, vel vim definitivam habentem, de gravamine, quod asseratur illatum, superiores cognoscere possint, licet citra præjudicium ordinarii cursus cause, sese id facere declarent. Nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut etiam simpliciter mandare, ut ipsi copia processus mittatur, etiam expensis appellantis vel recurrentis, nisi in casibus a jure permittis.

Appellationes quomodo recipiende.

§.8. Inhibitiones, post appellationes, sicut præmittitur, admittis, non concedantur, nisi cum insertione tenoris sententiae aut decreti, a qua, vel a quo provocatum fuerit; alias inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcumque, sint ipso jure nulla, eisque impune liceat non parere. Sed si appellans asserat, sententiam vel decretis, sive appellationis interpositæ, exemplum authenticum habere se non posse culpa iudicis, a quo, vel a quo, tunc sive Metropolitanus, sive præfatus iudex Ecclesiasticus delegatus, respective, injungat iis, ad quod pertinet, ut, soluta actorum mercede, exemplum in forma probante tradatur appellanti, intra brevem terminum: & interim nihil novi coram iudice, a quo, contra appellantem attentetur.

Inhibitiones post Appellationes admittis quomodo concedende.

§.9. A decretis Ordinariorum, in visitatione, vel pro correctione morum editis, nullus sit appellationi locus, quoad effectum suspensivum, nisi cum visitator, citata parte, & adhibita cause cognitione, judicialiter processerit, & in aliis casibus a jure permittis.

De Appellatione a Decretis Ordinariis in visitatione editis.

§.10. Cum a gravamine, quod per definitivam reparari nequeat, vel quod præjudiciale sit, appellatur, nonnisi visis actis, ex quibus apparet de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibito vel proviso ulla concedatur.

De appellatione a gravamine per definitivam sententiam non reparando.

§.11. In causa indebitæ carcerationis, quatenus

De Inhibitionibus expedienda.

tenus sit secuta cum mandato iudicis verbali, possit iudex appellationis expedire inhibitiones, vigore appellationis confiso, sive per depositionem duorum testium, vel mandato, sive per documentum notarii, vel custodis carcerum, de carceratione. In causis vero comminate injunctæ carcerationis, vel torture, vel excommunicationis, non expediantur inhibitiones generales, & indefinitæ, sed tantum compulsoriales pro transmissione copie actorum, ad effectum cognoscendi, an sit deferendum, nec ne, appellationi, adjuncta in dictis literis compulsoriales inhibitione, ut interim iudex, a quo, ad ulteriora non procedatur: & quatenus visis actis resultet evidens gravamen, tunc admittatur appellatio cum inhibitione, & causa cognoscatur coram iudice, ad quem. Si vero de hujusmodi gravamine non constet, remittatur causa ad iudicem a quo, cognoscenda in prima instantia.

De actibus originibus primæ instantiæ a Notario mittendis.

§.12. Acta originalia primæ instantiæ notarius sive actuaris mittere ad iudicem appellationis minime cogatur, nisi natura ipsa cause id flagitet, aut probabilis aliqua falsitatis suspicio incidat, quæ judicialiter appositæ ab interesse habentibus fuerit: & tunc post terminationem cause statim remittant ad Ordinarium, & in ejus curiæ tabulario asserventur.

De carcerato appellante.

§.13. Causa appellationis pendente, appellans, in eodem, ubi reperitur carcere, permaneat, quoad iudex, ad quem cause cognitio devolvenda est, visis actis, causaque cognita, aliter decreverit: & tunc quidem si a decreto secundi iudicis, vim definitivam habente, appellatum fuerit, nihil ipse interim mandare, aut pro decreti sui executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliter fuerit ordinatum: exceptis tamen casibus, in quibus aliter a jure statutum sit, & in quibus appellatio contra decretum excarcerationis, effectum tantum devolutivum, favore libertatis, producit.

De censura Ecclesiastica in appellacionem prolata.

§.14. Censura Ecclesiastica, in appellatorem prolata, revocari aut nulla declarari per iudicem appellationis, etsi is sit delegatus, non possit, nisi prius auditis partibus, & causa cognita; & tunc, si eam esse justam confiterit, ad iudicem, qui excommunicationem protulit, remittatur appellans, & ab ipso juxta sacros Canones beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem præstiterit, obtineat. Si vero injustam esse appareat, iudex appellationis absolutionem concedat. Et si dubitatur, an iusta fuerit, vel injusta, quamvis honestius sit, ut ad excommunicatorem intra brevem aliquem competentem terminum, eisdem præfigendum, absolvens remittatur, iudex nihilominus appellationis, hoc casu, per se poterit cum absolvere.

De absolutione ad cautelam.

§.15. Absolutio ad cautelam, nonnisi servatis de jure servandis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis vel ab homine prolatae, vel a jure inflatae, si dubium facti, vel probabile dubium juris occurrat, concedenda erit, tanquam ad breve tempus, cum reincidentia, necnon præfata per excommunicatum cautione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ. Quod si, juxta formam a jure præscriptam, apparebit, aliquem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare, necnon ob contumaciam ma-

nifestam, expensis quoque satisfacere, & cavere de iudicio sibi coram excommunicatore, tenebitur, priusquam antedictam absolutionem obtineat. Præterea hujusmodi absolutiones cum reincidentia, a iudice appellationis, etiam si sit antedictus iudex, committantur ipsis Ordinariis excommunicantibus, cum clausula, ut intra tres dies absolvant, censuratos; dummodo tamen excommunicati in eodem loco sint, ubi degant Ordinarii. Quod si in eodem loco non sint, vel si Ordinarii præsentis, & requisiti, absolvere recusaverint vel neglexerint, absolvantur a confessorio juxta formam ejusdem commissionis, a iudice appellationis, ut præferunt, expedienda. Ceterum commissiones prædictæ de absolvendo, non ipsis Ordinariis immediate, & personaliter, sed eorumdem cancellariis præsentari debent, ut reverentia, Episcopis debita, facta testis servetur, & a presentatione, cancellario facta, prædicti tres dies numerari debeant. Cedulae autem, in casu absolutionis obtinende ad certum tempus cum reincidentia, quatenus affixi fuerint, non amoveantur; sed dumtaxat tegantur, testisque remaneant durante termino, in absolutione præfixo: salva tamen praxi, ibidem servata de eorumdem in nonnullis casibus amotione.

De appellatione a sententia definitiva in verum contumacem prolata.

§.16. A sententia definitiva, contra verum contumacem prolata, appellatio non recipiatur, nec inhibito, aut alia quævis provisio, durante contumacia, concedatur.

De appellatione in Causis Criminalibus & sententia Ordinariæ.

§.17. Ubi in causis criminalibus Ordinarii locorum processerint ex officio, si ab eorumdem sententiis appellatio vel ad Metropolitanum, vel ad prædictum iudicem interposita fuerit, tunc procuratores Fiscales Curie Metropolitanæ vel tribunalis præfati, Delegati, actoris vices gerant, & instantias, aliosque actus, desuper necessarios, peragant, & prosequantur, ut prædictorum Ordinariorum sententiæ confirmationem, & executionem, si ita fuerit iustitia consonum, obtineant. Quod si, dictis Procuratoribus Fiscalibus non citatis vel auditis, contrarias sententias in gradu appellationis proferri contigerit, istæ prorsus nullæ sint, ac irritæ cum omnibus actis gestis; quinimmo præcedentes Ordinariorum sententiæ executioni mandentur, perinde ac si appellatio ab ipsis interposita nullatenus fuisset.

De pauperibus litigantibus.

§.18. Pauperibus litigantibus condonentur sportulæ, & emolumenta quæcumque, etiam cancellario, alioquin debita. Aliæ itidem quæcumque expeditiones gratis dentur, ac etiam copie publicorum instrumentorum sive testamentorum, necnon regesta, & copie actorum, transmittendorum ad iudicem appellationis: & hæc in causis tam civilibus, quam criminalibus. Quo vero ad probationem paupertatis, ea summarie fiat per testes, gratis similiter examinandos: & quoad ipsam paupertatem, stetur arbitrio iudicis.

De Causis criminalibus Regularium.

§.19. In criminalibus causis Regularium, quando deliquerit intra claustra Tridentini Concilii, & peculiarium illius ordinis, quem quisque delinquens professus fuerit, constitutionum dispositio exacte servetur. Quod si delinquant extra claustra, vel extra Monasterium dequant, ab Episcopis, juxta ejusdem Concilii Tridentini, Apostolicarum Constitutionum præscriptum, judicentur, & puniantur. Qui vero ab Episcopo